



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXV. Vitam peccati immanem esse tyrannidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

paratio hæc neutrius partis interitus is est, qui
 dimat extinguatque omnia; manet enim ani-
 mas, nec moritur; nec corporis excitandi spes
 potest excidere Christiano homini. Quare cum
 æterna vita supersit, sic viuamus, vt non frustra
 nati, non temere naturæ dona tam excellentia
 Deo accepisse videamur.

C A P. XXV.

*Vitam peccati immanem esse tyran-
 nidem.*

7. **E**X his concipimus quid sit vita naturalis, *Vita natu-
 ralis quid
 sit.*
 quæ (vt collectim dicamus) aliud nihil
 esse videtur, quam *substantia quadam spiritualis,*
 quæ se spiritualiter & corporaliter mouet ac perficit,
 quæque tribuit homini vt sit, estque facultatum, qui-
 bus operatur, origo, illisque mediis omnium operatio-
 num principium. Videamus nunc an similitudine
 quadam, peccati vitam si non ad viuum descri-
 bere, saltem aliqua ratione adumbare valea-
 mus; nam & eius cognitio non paruam nobis
 utilitatem adferet. Est ergo *vita peccati habitudo*
*quadam spiritualis, que animum contaminat, facul-
 tates occupat & inficit, mouet intellectum, volunta-
 tem, omniaque corporis organa ac membra: facit vt,
 qui filius Dei sit, euadat flagitiosus; filius ira, filius per-
 ditionis, filius diaboli; estq; malorū omniū, quæ vel in a-
 nimo sunt, vel ex homine proueniunt, origo ac principium.*
 Esse in primis talem in homine vitam, pri-
 mum omnium probandum est, ne initio nostra
 vacillet oratio. Ait enim Diuus Paulus: *Sicut*
regna-

*Esse aliquã
 peccati vi-
 tam, pro-
 batur.*

Rom. 5. regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnavit
per iustitiam in vitam aeternam. At gratia est anima
vita, ubi ipsa regnat: est ergo peccatum anima
vita, ubi regnat in nobis. Verum non quodlibet
peccatum vita letalis est animæ, sed illud quod
viuit, quod regnat: concupiscentia enim peccatum
Baptismum peccatum est, sed vitam non habet.
Non omne peccatum censetur dominari ac viuere. Iacob. 2. Ut ergo fides sine charitate aut gratia mortua
est in semetipsa, ita etiam concupiscentia diabolica
sa culpa ac voluntate peccati mortua est, & mortua
tam non habet; alioquin & Paulus filius mortuus
& peccati fuisset; ait enim: *Si autem, quod mortuum
illud facio; consentio Legi, quoniam bona est: nunc
etiam non ego operor illud, sed quod habitat in me
peccatum, id est, peccati fomes & concupiscentia;*
quæ quamuis vitam non habeat, & mortua
esse censetur quo ad culpam, non tamen
ad velitationem, & exercitium nobis relicta.

Rom. 7. Ut enim serpens dissectus in partes parum
dem nocere; at tamen si accesseris, adhuc mori
dere potest: & sicut candela, extincta flamma
domum quidem non facile incendet, tamen
igniculum fouet adhuc vrentem: sic & concupiscentia,
et si emortua, pungit tamen, & leuiter
cruentat, si audiamus; & igniculus vrit, & si materiam
aridam inueniat, etiam flammam in se
excitabit. Quamuis ergo concupiscentia peccatum
dicitur, quia à peccato orta ad peccatum
inclinat ac proritat; nihil tamen damnationis est
qui sunt in Christo IESU, qui non secundum carnem
ambulant.

Concupiscentia vocatur peccatum. Rom. 8. Verum si regnet peccatum, ergo viuunt in carne
enim

enim vitæ sunt imperare, regere, regnare, leges
condere & edere, habere subditos quibus quis-
piam mandet, & cui obtemperetur. At pecca- *Peccati ser-*
tum regnat; alioqui cur nos hortaretur Apосто- *uitus ac ty-*
lus ne regnēt peccatum in nostro mortali cor- *rannis pri-*
pore; Et seruos habet, Christo Domino aucto- *ma.*
re: *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Ait quo- *Rom. 6.*
que Apostolus: *Nescitis quoniam cui exhibetis vos* *Secundæ*
seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue *ratio ser-*
peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Di- *uitutis.*
uus item Petrus, de falsis Prophetis loquens, *Ioan. 8.*
Libertatem, ait, illis promittentes, cum ipsi serui sint *Rom. 6.*
corruptionis: à quo enim quis superatus est, huius & *2. Pet. 2.*
seruus est.

Vt ergo Princeps aliquis, varios seruos ha- *Similitu-*
bens, huic mandat, Fac hoc, & facit; illi præcipit, *do 1.*
Vade illuc, & vadit; alteri, arma sumat, & aduer-
sarium interimat, & paret: ita & peccatum
dum viuit, dum regnat in nobis, præcipit seruo
suo, homini peccatori, vt id, quod habet in de-
licijs, faciat, & facit. Et primo satis illi est fecisse
semel: tum duplicat, multiplicat, centuplicat
lapsus; initio quidem ita secreto, vt à nemine vi-
deatur, & orta minima suspicione, seruus suf-
funditur rubore ac verecundia. Deinde mandat
fieri sine timore; denique sublata fronte, inue-
recunde, impudenter, nullo Dei hominumque
respectu. Et hæc quidem in vno genere; sed tur-
pitudine vna aliarum subsidium requirit: cœpit
ab vna, addita est deinde altera, & tertiâ, & deci-
ma, & centesima, & sic vnico peccato, tan-
quam domino, centum aut etiam mille alia
ser-

seruiunt; & toties replicantur, quoties
 minus insanit & mandat; & quia semper in
 (quæ enim sanitas esse possit in morte vi
 ti?) in peccati obsequio miser homuncio (quæ
 Deus orbis Principem condiderat) perpetuo
 versari cogitur. Et ut prædo in ædibus primis
 priuatis, & ijs quidem in quibus inhabitat
 furti tirocinium ponit, deinde in vicinas
 irrumpit, tum tota grassatur vrbe, denique
 etiam vias obsidet regias; ita peccatum, seu
 voluntas peccato mancipata, timet initio vel
 etum Venereum aliumue consensum præbe
 rat illi & abunde est, si cogitando delectatur,
 euadit familiare, pergit vltterius, optat tantum
 optat (inquam) quod nec ausit nec velit omni
 no exercere; vult postmodum, sed non aude
 verum mandat dominus seruo, Fac hoc, & fac
 Vade, occasiones quære, sollicita, ingere te,
 recundiam postpone, & vadit. At impediatur
 me, ait dominus, arma, obuios quosque ste
 viribus vttere tuis & meis; & seruus parat
 tentem dominum, cui mundi caput ita obsequi
 tur, vt nec Deus ipse, cui omnia debemus, a
 na pollicens tantumdem obtinere possit! Id
 indignabundus exclamat Paulus: *Ne exhibeatis
 membra vestra arma iniquitatis peccato.* Pro
 dedecus ac infamiam! non est facultas in homi
 ne vlla, quæ in obsequio peccati non impendat
 sese, & superimpendat. Intellectus modos
 agendi excogitat: voluntas omni ardore fertur
 in bonum optatum; mandat phantasia, illa
 repræsentat per multa: appetitui habenas

Similitudo
2.

Rom. 6.

rat, & instar equi in sceditatem omnem profilit:
 ad sunt sensus omnes dispositi delicias domino
 tuo paratas excipere, inducere, ac deferre: ad-
 sunt membra omnia, os, dentes, vox, manus,
 pedes, brachia, lacerti, vt seruiant. Si quis sese
 obijciat & impediatur, erunt & arma, quibus &
 sese traentur, aliosque offendant. Si gladius
 abstrit, dentes & vngues vices supplebunt. Ma-
 nus instar mallei collecta tibi caput obtundet,
 pes furore armatus sicut equus inopinato im-
 petet calcibus. Denique omnia hæc membra
 arma sunt, vt misella anima feriat, confo-
 diatur, trucidetur, & infelicissime intereat.
 Quid dementius, quid tetrius dici excogita-
 ri que potest? At peccatum hoc facit, cum
 regnat, teste eodem Apostolo: *Exhibuisti Rom. 6.*
membra vestra seruire immunditie, & iniquitati ad
iniquitatem.

8. Milites ergo habet peccatum: & sibi re- *Tertia ra-*
 pugnantibus distinet, atque prehensat, si capere *tio serui-*
 omnino non possit. Cœpi orbem vniuersum, *tutis.*
 & in carcere ac seruitute diutissime tenuit. Cum
 autem detinet, tot catenis inuoluit atque obstrin-
 git, vt etiam soluti, soluti omnino esse non pos-
 sint. Hoc sit exemplo. Primus patres pactum in-
 iit cum peccati primo auctore ac principe dia-
 bolo, qui nos omnes licitatus pretium obtulit
 vniuersi orbis, voluptatē, quæ colligi poterat ex
 esu vel etiam morlu vnico pomi vnus. Magni
 fecit id pretij parens noster, nosque omnes ven-
 didit. Princeps vero mendacij tradidit nos pec-
 cato, filio suo primogenito, immanissimo ty-
 ranno:

ranno, cui totus pæne mundus ab exordio
 uiuit. Horum seruorum aliqui nouum obsec
 stipendium postularunt, vt mancipiorum
 star plane adstricti seruirent. Venit post
 dum Christus Filius Dei, qui peccatum
 affixit, vt illud destrueret, & catenas omnes
 dissolueret. Fecit. *Vetus homo noster*, ait Paulus

Rom. 6.
 Col. 2.

crucifixus est, vt destrueretur corpus peccati. Ita
 Et vos, cum mortui essetis in delictis, & praputa
 nis vestra, conuiuificauit cum illo, donans vobis
 delicta; delens quod aduersus nos erat chirographum
 decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum in
 medio, affigens illud cruci; & expolians principatus
 potestates traduxit confidenter, palam triumphans
 illos in semetipso. Magna potestas Filij Dei,
 tyrannum & patrem eius debellauit, eorum
 que vires comminuit. Nihilominus sanctus

Rom. 7.

Apostolus, *Lex*, ait, *spiritualis est, ego autem carnalis
 sum; venundatus sub peccato: quod enim operor
 non intelligo: non enim, quod volo bonum, hoc ago
 quod odi malum, illud facio. Nunc autem iam non
 operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Cui
 delector enim legi Dei secundum interiorem bonita
 tem: video autem aliam legem in membris meis,
 pugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in
 lege peccati. Ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem
 legi peccati. O dura captiuitas, quam etiam summi
 mi Dei amici à tyranno patiuntur: Si iusti
 gum ferre nequeunt, quomodo ferent qui
 gati iugo seruitutis quasi in incude malleorum
 ictus sentiunt?

9. At milites hi carent stipendio? Nequaquam

Stipendia peccati mors, ait Apostolus, & : *Quem* *Quarta ra-*
stultum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erube- *tio, stipen-*
scitis? Infaustum stipendiū, infausti domini; vt *dia peccati.*
Rom. 6.
 feruus, quia optime domino seruiuit, ideo cru-
 ci infami figendus sit; & viuus, & nunquam
 moriturus, æternum viuentibus ignibus sum-
 ma cum infamia ac desperatione debeat con-
 flagrare. O insensati mortales, quis vos fascina-
 uit obedire tam immani bestię? tam truculento
 leoni? tam insatiabili perditionis vestrę gurgi-
 ti? Vbi sensus? vbi ratio? vbi vel exiguus hu-
 manitatis radius? Si post hanc tyrannidem sal-
 tem vos beatos efficeret, vel certe vobis nihil
 mali contingeret! Non est ita. In omne genus
 malorum præcipites itis, Dei beatissimi amici-
 tiam perditis, dissipatis hæreditatem cui nulla
 potest comparari, vitam profunditis quæ ter-
 minum nescit vel durationis, vel delectationis,
 ac foelicissimæ voluptatis. Christus clamat, Re-
 ficio; hostis clamat, Deficio: & tu reficientem
 deseris, destruentem sequeris.

10. Sed eo, vnde digressa est, redeat oratio. *Quinta ra-*
tio, imma-
 Peccatum dominus est, & quidem vbique do- *nis domi-*
 minari vult, vbique primas tenere; alioquin *natus.*
 Apostolus non diceret: *Peccatum vobis non am-* *Rom 6.*
plius dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub
gratia. Dominabatur ergo cum essemus sub le- *Gen. 4.*
ge. Sub te erit appetitus eius, ait Dominus, & tu do-
minaberis illius. Reprehendebat Cain, quod per-
 misisset appetitum peccati dominari in se. Ita
 enim est, vbique dominari vult; quamuis im-
 manis ac barbarus, vbique dominatum obtine-
 re:

re & inuenit adeo amētes, vt se illi subijciant, vt
 tionem, si possit, è sua sede deturbat, vel in
 tentibus desiderijs, vel graui perturbatione
 etiam ebrietate & crapula. Cur ita? Quia
 dominari vult, nec consortem admittit in
 Quid? imo ne quidem Deo vult credere. Et
 de hominis, si valeat, Deum eiusque gratiam
 terminabit; & si sedem vnquam fixerit, diffi-
 ter inde auelletur. Si modus esset, Deum in
 à cælo deturbaret; protereret, ac destrueret
 nim sunt peccati conatus, vt Deum perdat, &
 terat, & in nihilum redigat; quia omnibus
 minari vult,

Solus vt in vacua regnet Basiliensis arena.

*Sexta ra-
 tio, in iustis
 passio.*

Ad iustificatos ipsos venio. Sunt in
 iustorum præstantissima dona gratiæ & virtutum
 tum: at sint virtutes intensissimæ, sit gratia
 rens in summo gradu; vna passio vehementer
 et si tantummodo reliquiæ ac vestigium
 domini sit, & seruus quasi efferus atque emul-
 tus, tamen supereminere vult omnibus; & om-
 que incommodi adfert subinde, quam multo
 rum annorum fructus ex virtutum collectis
 peribus. Queritur de hoc seruo D. Paulus
 (inquit) *magnitudo reuelationum extollat me, do-*
est mihi stimulus carnis meæ angelus satana; qui
colaphizat.

*Septima
 ratio.*

Quid si regnet in animo hominis, pullo-
 giæ præsidio? Tum demum sane, quantum
 que præstantia naturæ munera inueniat, in
 homini dominatur; rabiem suam exercit in
 mines, in bruta, in rupes. Interdum domū

tate, voce, manibus, calcibus, armis, flamma, fu-
 tore conuallit omnia, quia dominari vult.
 Sint in vna domo mille pacifici; vnus homi-
 nis vnica proteruia turbabit omnes, pacem au-
 feret, omnes suæ libidini volet subijcere. Vnius
 insultronis malevolentia aulam Principis san-
 ctissimi, vrbes item, regiones, regna subuerter,
 conueller, ac solo æquabit. Inquieti Religiosi
 lingua maledica sanctissimos alioquin viros ex-
 operabit; filij familias ebriosis incontinentia, fa-
 milia totius ordinem quietemque confundet.
 Atqui omnes vnicum habent peccatum: & id-
 ipsum est quod statuimus, dominum hunc so-
 lum præesse velle, nemini cedere, turbare, per-
 dere, sternere omnia, nihil ordinatum, quietum,
 factum rectumque relinquere; appetit primas
 cathedras, & primos accubitus in mensis, & vult
 in foro salutari, laute tractari, indui purpura & *Luc. 16.*
hyssopulo, epulari quotidie splendide, nihil patitur sibi de-
esse commodorum. Manus eius contra omnes,
 & omnium contra ipsum. Habet de singulis
 quod dicat, reprehendi nullo modo vult; supra
 modum laudari, quia dominus est, & omnibus
 dominari appetit. *Dentes leonis, dentes eius, in-* *Eccl. 11.*
versificantes animas hominum: quasi romphaa bis-
cuta omnis iniquitas; plaga illius non est sanitas.
Molares eius vt catuli leonis: sicut rugitus leonis,
 & terror Regis huius. Nam parem neminem *Ioel 1.*
 leo, neminem superiorem admittit. Solus *Prou. 20.*
 Rex dominatur, & rugitu suo cuncta anima-
 lium genera prosternit. Quod si initio blandus
 catulus est, leonis tamé catulus est, tandemque

Ezech. 19. aliquando fit leo, & discit prædam capere, & heredes deuorare; viduas facere, & ciuitates eorum in sertum adducere. Talis est peccati dominatus.

Octauara *tio, furor* *proratio-* *ne.* **ii.** Diximus in vita naturali rationem agere præsidem imperij, actionibusque omnibus tanquam æquam regulam præesse; & bene in vita peccati, sit *proratione voluntas*; summa ratio num esto, Ita placet: totque soles rationis naturalis sunt, quot voluntatum fluctus, quot passionum monstra, quot cæca desideria. Quid illa operantur præter cõfusionem & contumeliam?

Rom. 7. Cum essemus in carne, ait Apostolus, peccatorum, quæ per Legem erant, operabantur in membris nostris vt fructificarent morti. Hi sunt consiliarij qui consuluntur, quibus creditur, quibus parere debent. Exterminant consilium omne bonum & rectum, deliberationem nolunt, iudicium improbi iiciunt, præcipitantiam hisce præferunt omnibus. Sed *si cæcus cæco dixerit præstet, nonne ambulus? & si foveam cadunt:*

Matth. 25. *Luc. 6.*

Est & hic tyrannus legislator, legesque eduntur pro libidine, & quidem conformes legi de qua D. Paulus: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee, & captiuam me in lege peccati, &:* *Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis.* At quæ leges, quas tabulas hic legislator suis con-

Rom. 7. *Rom. 8.*

subditis? Basis omnium hæc est; *Nemo carnis suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.* Lex ergo non sit: Curam tui primam soliusque ducito. Super tui ædificij tui bases tres, in quibus stabilitatem summumque bonum constituas; homo-

Leges peccati. *Ephes. 5.*

nempe, diuitias, ac voluptatem. Si per ostium
 nequis intrare, irruere per fenestram, & domus
 sublimia occupa. Marsupijs plenis, horreis ac
 penariis eructantibus, animæ tuæ gratulare de
 beatitudine acquisita. Tene quod habes, ne a-
 lius accipiat crumenam tuam. Deniq; *Exiguum Sap. 2.*
Et cum radio est tempus vite nostra, & non est refri-
gerium in fine hominis. Venite ergo, fruamur bonis
quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute
celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus,
& non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos ro-
sis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod
non pertransseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors
fit luxuria nostra; vòique relinquamus signa lætitiæ:
quoniam hæc est pars nostra. Opprimamus pauperem
iustum, & non parcamus viduæ, nec veterani reueren-
mur canos multi temporis; sit autem fortitudo nostra
lex iniustitiæ. Connubij vero lex Domus Chari-
tatis esto, cuius & proles & parentes commu-
nes sunt. Crescite & multiplicamini, & replete
terram. Ventrem vnicum tibi Deum deligito ac
colito. Fidem serua quam diu tibi vtile est; si inutile,
perfidiam nullam puta.

Iura, periura, secretum proderere noli.

Nullum scelus reputarere, quod vel abditum est, vel ad
 magna viam aperit. Sic versare, quasi potentiam o-
 mnem vereri videaris; sic age, vt, si valeas, omnem po-
 tentiam tibi substernas, nulliq; pareas. Tibi soli lex
 esto: iura vel humana vel etiam diuina nulla, nisi qua-
 tenus eorum obseruatio honori vel bono fit. Adempti
 aut etiam tacti honoris, vel iniuriæ tibi illatæ auctorem
 è medio tollito. Si secreto non potu, ferto quidem. &

V 3 vultu

Schola Ma-
chiauelli-
stica præce-
pta.

vultu benevolentia simulata occasionem expedit
donec supplicium gravitate pœna vindictæ tardius
atur atque compensarit. Qui tibi non faueat, fertor
nem. Hæc schola Machiaueli.

Decima
ratio, con-
iugium pec-
cati &
carnis.

12. Nemo vero mirari debet tales condi leg
ille idem præpotēs dominus in thalami soci
carnem sibi coniugavit; ex quo connubio fo
lem educit copiosam. Illam amat incredibi
more: & sane fidelis ei coniux est, compl
que in omnibus. In utroque coniuge (vri in
naturali virtutum semina esse diximus) v
rum semina haud secus quam in cœnolo b
num stagno dense volutantur.

Proles.
Psal. 7.
Isa. 59.

Proles sane copiosa: nec mirum; nam v
perpetuo parturit iniustitiam, concipit d
rem, quid ni parentem iniquitatem? Oua ass
supponunt ac rumpunt, & serpentes ac draco
recludunt. Qui comederit de ouis eorum, mori
Hi enim vesani parentes serpentes sunt &
cones, ouaque in mentibus nostris & ponere
fouere conantur, imo & rumpere atque em
dere. Oua sunt ex suggestiones, ac praua fun
uaque consilia, quæ animis nostris persape
tidem obtrudunt aut recondunt: & quidem
fouent in nobis, dum tacite & ex insidijs m
adoriuntur; rumpunt vero, dum palam imp
faciunt. De quibus D. Iacobus: *Vnusquisque
tatur à concupiscentia sua abstractus & illectus; d
de concupiscentia cum conceperit, parit peccatum
catum vero cum consummatum fuerit, generat in
tem.*

Iacob. xi.

Primogeni-
tus peccati.

Primogenitus horum coniugum est amor

inordinatus, & hic superbiam, auaritiam, & im-
 munditiã generat, hi autem serpentium & dra-
 conũ filij cetera omnia vitiorũ portetã; ita enim
 D. Paul. *Manifesta sunt opera carnis: quæ sunt forni-*
catio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ser-
uitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, amulationes.
ira, rixæ, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrieta-
tes, comestiones, & his similia, quæ prædico vobis, sic-
nt prædixi, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non
consequenter.
 Hæc omnia homines cæci nõ vident, nã uu- *Sapientia*
 los sanctorum acutissime discernunt, & defectus *carnis.*
 naturales iustorũ exaggerant: vident aliorũ ani-
 mas in omnibus, in vultu, in manib⁹, in incessu,
 & eos viuere statuunt, de vita & morib. eorũ iu-
 dicant, & non videt se mortuos esse Deo, viuere
 diabolo, se mancipia terribilissimo dño seruire. Vbi
 frons tua, ò sapientissime hominum? vbi prudẽ-
 tia? O quam sapienter Apostolus: *Prudentia car-*
nis, mors est! Væ qui sapientes estis in oculis vestris, &
coram vobismetipsis prudentes: nã in alienis omni-
bus estis fatui. Ipsa claudet oculos vestros, ait Isaias: Isaiã 29.
Prophetas & principes vestros, qui vident visiones, ope-
riet. Item: Sapientia vestra & scientia vestra decepit Isaiã 47.
vos. Sed quid ait Scriptura? Perdam sapientiam sa-
pientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Non-
ne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Sa-
piencia huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum
est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum.
 Hæc est illa prudentia, quæ omnes peccatorum *Matth. 6.*
 actus dirigit. Bene Christus Dominus: *Si oculus*
 tuus (inquit) fuerit simplex, totum corpus tuum *Oculus*
 luci- *anima.*

lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Oculus enim purgatus & lucidus res agendas ac tractandas optime nobis repræsentat; quod oculus pulcherrimus aut pravo humore aspersus, aut tectus macula notabili, facere non potest. Intellectus nostrum ut interpretatur Diuus Chrysostomus, oculus est, quem prudentia puriorem & clariorem reddit. Hic si puluere amoris rerum transeuntium aut humore carnalium desideriorum, aut de qua graui peccati & erroris macula labefactur; defectu luminis, actionum nostrarum corpus obscurum erit, & in graues incidemus errores. Si enim lumen quod in te est, tenebrae sunt; tenebrae quanta erunt! & si errore ac mendaciorum garis; ipsa opera quæ ex se lumen non habent nisi ab intellectu & prudentia, quanta obliuione atque errore laborabunt! Si stulto regimine Reipublicæ committas, quid censes de illarum?

In Lucam.

Matth. 6.

res. Si enim lumen quod in te est, tenebrae sunt; tenebrae quanta erunt! & si errore ac mendaciorum garis; ipsa opera quæ ex se lumen non habent nisi ab intellectu & prudentia, quanta obliuione atque errore laborabunt! Si stulto regimine Reipublicæ committas, quid censes de illarum?

Rom. 8.

Monitio de peccati iugo excutendo.

14. Quare, ut aliquando concludam, debitor sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus: quæ enim ipsa de nobis merita est? Quot nobis malis lestitias faceffit! Quid, quod cum Dei aduersarij foedus iunxit, in nostram coniurauit perniciem? Si enim secundum carnem uixeritis, morietur. In quo ergo debitor es carni? ut secundum carnem uiuas? Ipsa pellex est peccati, quæ in te mortem operabitur; ille tyrannus est, qui non regere, sed tibi dominari cupit, & perdere. Memor semper esto consilij Apostolici: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Etenim de

Rom. 6.

gnet peccatum in uestro mortali corpore. Etenim de

turdum plane (ait Chrysoſtomus) atque indecens, Hom. II. in
 ad cælorum regnum vocatos pro Regina peccatum ha- c. 6. ad Ro.
 bere; vocatos vt cum Christo regnent, peccati captiuos
 eſſe malle: perinde ac ſi quis, diademate à capite abie-
 ctis, intemperijs acta mulieri mendica ac pannosa ſer-
 uitutem ſeruire velit. Hæc ille, ſed elegantius alibi
 ac copioſius. Et ſi quis (ait) ſit diues, et ſi genere no- Hom. 9. in
 bilitate; eſt vilibus & ignobilibus vilior, quando captus c. 3. epist. 1.
 fuerit à peccato. Quomodo enim et ſi quis regnauerit, ad Cor. ad
 fuerit autem ſeruus, eſt barbaris omnibus miſerior; ita
 etiam in peccato. Barbarum enim eſt peccatum, & Nescitis
 tyrannidem exercens in animam neſcientem parere quia tem-
 ſemel captam, ſed in perniciem eorum qui ipſum ſuf- plum Dei
 capiunt. Nihil eſt enim æque inconsideratum atque eſtis.
 peccatum, nihil adeo amens & ſtultum & violen-
 tum, Omnia euertit, & confundit, & perdit quocum-
 que inſilierit. Eſt viſu deforme, importunum, mole-
 ſtum, graue: & ſi quis pictor ipſum eſſingeret, non
 mihi videretur aberrare, ipſum ſic eſſingens; mulie-
 rem quandam forma belluina, barbaram, ignem ſpi-
 rantem, iniucundam, nigram, quales externi poetæ
 depingunt Scyllas; manibus enim innumerabilibus
 noſtras apprehendit cogitationes & ratiocinationes,
 & ex improuiſo ingreditur, & omnia diſcerpit & di-
 lacerat, ſicut canes clanculum mordentes. Hæc ille:
 quæ proſequitur elegantiffima deſcriptione a-
 tuari hominis. Denique cum demone peccatum
 confert his verbis: Peccatum demone peius eijcia- In epist. ad
 mus. Demon ſiquidem non omnino ſpoliat regno cælo- Rom. c. 15.
 rum, ſed ſubinde fit vt & proſit modoſto & vigilantia: hom. 28. in
 peccatum vero omnino excludit; voluntarius quippe Moral.
 demon eſt peccatum, ſpontaneaque inſania. Hæc
 Chry-

Chrysoft. Quibus omnibus p[er]ne cuncta, q[ui]d
diximus, complexus est.

Mors pec- 15. Huic vitæ contrariatur mors peccati: quæ
cati. secundum genus mortis est, estque separatio
talis peccati ab anima: quæ à morte naturali
hoc discrepat, quod per solam partium compo-
siti separationem interitus ac mors sequitur.
Non est ita in destructione peccati: alia vita
introducenda debet, quæ vitam illam funestam e-
tiam de qua Christus ait: *Cum fortis armatus ca-*

Luc. 11. *atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet; si au-*
tem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa
eius auferet, in quibus confidebat. Introducitur
ergo fortior armatus cum noua vita, per Dei gra-
tiam, aut singulari animi dolore, aut Sacramen-

Per Christi torum susceptione, aut martyrij voluntaria
mortem peffione, adhibita aliqua p[en]itentiâ. In Christi
figuratur. Domini morte ac resurrectione forma
aliqua

Rom. 4. mortis huius ac ordinis elucet: *ipse enim mor-*
tus est propter delicta nostra, & surrexit propter
justificationem nostram. Christus ergo in cruce mor-
tuitur, & nos peccato morimur: morti succedit
resurrectio, & peccati nostri remissioni inhi-
bitio & resurrectio quædam à morte sufficiens
gratia in nobis vitam nouam excitante. At Christus

Rom. 6. *stus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors*
ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato,
mortuus est semel; quod autem viuit, viuit Deo.
Ita & vos (subiungit Apostolus) existimate, *ut*
mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo.
Christo **JESU Domino nostro.** Non autem sic mori-
uantes, ut in mortem relabamini; sed viuentes
Deo

Deo, qui non moritur; & conformes Christo, qui rediuitus eo à morte remotior est, quo Patris in gloria similitior. *Qui enim mortui sumus peccati - Ibidem.*
 quomodo adhuc viuemus in illo? Vetus homo noster fixus est, vt destruat corpus peccati, & ultra non seruiamus peccato. *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* Vis ergo iterum mori, vt iterum crucifigaris? Christus semel crucifigitur, semel moritur, mors illi ultra non dominabitur. *Er- Ibidem.*
 go dedecet nos iterum Deo mori, viuere peccato. Et hæc sane spem æternæ retributionis in nobis excitare debent, & constantiam: *si enim Ibidem.*
 complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

Nec vero miretur quis, quod diximus formam armatum pelli oportere à superueniente potentiori; ita enim fit, vt namque tenebræ pellantur, superuenientes solis radij id efficiunt; & prius quidem adueniunt, quam ipsæ tenebræ recedant: vt vero splendor ipse locum ipsum vestiat ac informet, prius tenebræ pulsæ concipiuntur. Sic etiam in genere causæ efficientis, *Ad 1. 2. q. 113. a. 1. &*
 vt loquuntur Scholastici, gratia prius peccati tenebras propellit; sed in genere causæ formæ, *2.*
 obscuritas peccati loco cedat necesse est, priusquam gratia animam ipsam compleat atq; exornet. Accedit quod resurrectio spiritualis sit noua vita, quæ mortem peccati plane sequitur. Ex quibus patet, telum, quo peccatum confoditur, esse Dei gratiam, qua hoste terribissimo pulso nouum regnum inducitur, nouaque vita, quæ resurrectionis nomine exprimitur; quod homo

DE PECCATI
 MORTE
 ET RESURRECTIONE

homo peccato mortuus, Deo & gratia ipsius uiuiscat: de qua vita modo dicendum erit.

C A P. XXVI.

Vitam spiritualement seu gratia & dici & moueri debere à spiritu, eodemque ab aliis discerni.

16. **V**itam in anima nostra reperi que fit à vita naturali, tam Christianis tum esse statuo, vt id ipsum sole clarius possit: sed quia pauci in hanc regionem, gratia summi Regis illustrissimam, ingredi assueti tenebris mundi huius, nec sine hunc splendorem ferunt, radios vero nullo modo possunt; ideo caligantes oculum rem fugiunt, dolorem exhorrescunt. Si quid videndum eis est, vt tunc sole qui terram diat; vt tunc oculis subinde intellectu & ne, etsi multi perraro, imaginatione plurimè in plerisque rebus: quid mirum si cæcutiant solis interni splendorem, si lippientes gantur oculi, si acie palpitent? nocturne sunt, & tenebras amantes luce m fugiunt, remque excutientes suauissimo Dei lumine uantur. Hi ergo iuuandi sunt: idcirco vitam turalem descripsimus, vt similitudine qua spiritualement possint agnoscere.

17. Nihil euentius à Scriptura asseritur Patribus. Dicit enim D. Ioannes, *nas ideo*

Spirituales pauci cur esse velint, vitam esse in nobis